

WOLFGANGI FRANZII,
SS. THEOL. D. ET IN ACAD. VVITTEBERGENSI
PROFESSORIS PVBLICI

HISTORIA ANIMALIVM,

In qua Animalium præcipuæ pro-
prietates ad usum *ἐκονολογικὸν* breviter accom-
modantur,

Cum

Commentariis & Supplementis

Quædam ex recentiori Historia naturali,
Iconum, Emblematum, Hieroglyphicorum, ad usum
Oratoriarum tum Civilis tum Ecclesiasticæ,

Opera

JOHANNIS CYPRIANI,

THEOLOGICÆ DOCTORIS ET PROFESSORIS
ORDINARIII IN ACADEMIA
LIPSIENSI.

Indexes omnium generum necessarii, & inter eos Ho-
mileticus in gratiam Ministrorum Verbi & Theologie
Studioforum, &c.

Imprimatur Pontificissimi Regis Poloniae & Electoris Saxo-
niae ut Vicarii S. R. Imperii Privilegiis.

Francofurti & Lipsiæ,
Apud GOTTOFREDVM LESCHIVM.



ANNO M DCC XII.



CAPVT XI.

De

MONOCEROTE ET RHINOCEROTE.

Initio duo sunt expedienda : *Utrum in rerum natura sit Unicornis. 2. Utrum Monoceros & Rhinoceros sint unum & idem. Quod ad primum attinet, doctissimi aliqui viri negarunt, esse in rerum natura Unicornem, quem putarunt asinum Indicum esse, sicut tales quosdam asinos Indicos & uno cornu præditos reperiri testantur probati autores. Verum cum sacra Scriptura eruditas imagines passim ex natura Monocerotis sumas asinos, & tum ad pios, tum ad impios, tum ad ipsum Christum accommodatam singulari doctrina & consolatione, necesse est in rerum natura esse Unicornis. Hinc accedit, quod gravissimus Autor Julius Casar Scaliger in suis exercitationibus contra Cardanum citat testimonium amici sui eajudam, qui vidit Unicornem. Ad secundum quod attinet, apud Hebræos est vocabulum Rheem  quod significat Unicornem & simul Rhinocerotem, sicut & alterum Rum  utrumque simul denotat.*

Hinc factum est, quod multi Monocerotem & Rhinocerotem pro uno & eodem animali acceperunt. Verum Julius Casar Scaliger in Exercitationibus tum proprio suo tum amici sui fide digni testimonio confirmat, aliud esse Monocerotem, aliud Rhinocerotem; Et quidem Monocerotem habere unum cornu in media fronte, sed Rhinocerotem habere geminum cornu, unum in fronte pusillum, alterum in nare robustissimum, a quo secundo etiam nomen suum accepit. Cum vero in lingua sancta idem animal unum habet nomen, libuit uno capite explicare utrumque, ut utriusque proprietates conjunctim applicare illis rebus ab ipsa Scriptura applicatas. *Monoceros seu Unicornis est animal magnitudine equi, & quidem reliquo corpore valde simile equo, habens barbam hircinam, caput cervi, cervicem jubæam, pedes Elephanti, caudam suis, unum cornu nigrum media fronte duorum cubicorum magnitudine: sed Rhinoceros etiam est grande animal, & ferme tam altum, quam longum, sed breviora crura habens & duo cornua, ut dictum, imprimis in nare. Propter magnitudinem vel altitudinem utrumque habet idem nomen ab Hebraico themate Ram, quod significat alius fuit, sublimis fuit, exaltatus est, &c. Porro Rhinocerotis cornu admodum est durum, & ab ipso vehementer acuitur, & limatur ad saxa, quo-*

III. In aliis locis *Ecclesia* & *Politica Judaica comparatur cum Unicornibus*. Nam *Num. XXIII, 22*; sic dicitur: *Deus eduxit illum de Aegypto, cujus fortitudo similis est Rhinocerotis*. Et hæc ipsa verba repetuntur *Num. XXIV, 8*. Item *Deus. XXXIII, 17 familia Joseph comparatur cum cornibus Rhinocerotis*. Et *Ps. LXXV, LXIX*. Item *XCII. petis & optat exaltari suum regnum, sicut cornu Unicornium*. In genere tamen potest hæc esse *imago Ecclesia*, piorum & regnorum sanctorum, quæ unquam fuerunt, aut futura sunt. Absque dubio autem *cornu* significat *potentiam* & *fortitudinem*, item *defensionem* & præcipuam decus, item *veram DEI agnitionem, fidem*, invocationem, præsentiam & auxilium Dei. 1. Quemadmodum igitur *Unicornis insigne habet cornu*, quo se potest defendere adversus omnes insidias & injurias: *ita quoque Ecclesia salus & decus consistit in agnitione Dei*, invocatione, præsentia Filii Dei. 2. Et quemadmodum *cornu Unicornis resistit venenis*: *Ita quoque agnitio & invocatio Dei resistit omnibus vitiis*. 3. Sicut autem *Unicornem venatores imprimis propter cornu insectantur*: *ita certum est, Ecclesiam in hac vita pati afflictiones, odia & mortem propter cornu suum*, hoc est, propter veram agnitionem & invocationem Dei. 4. Verum sicut *Unicornis non patitur se facile capi vivum*, neque eripi sibi suum cornu: *ita Ecclesia summam debet adhibere constantiam inter ipsa pericula & certamina*, ne amittat suum cornu, hoc est, agnitionem & invocationem veram. Hæc capita collationum uberius poterunt tractari, & addi potest narratio, quæ extat in quadam oratione *lib. III. Declam. Philippi, ubi dicit, se vidisse picturam Ecclesia sub imagine Unicornis stantis, ubi tantum dimidio apparet; mox vero toto corpore conspiceretur, circa quem fuerunt varia bestiarum forma, pardis, elephantis, obstrepentes Unicorni, qui tamen intrepidus & relictus consistit inter reliquas savissimas bestias*. Additur igitur ibi, sic Ecclesiam interdum esse illustriorem, interdum obscuriorem, & semper habere hostes in hoc mundo, quos tamen omnes vincit.

Obiter & hoc notetur, *regna terrarum appellari in genere cornua*. *Sicut enim cornu non est aliqua utilis pars corporis, sed pro defensione corporis data: ita nisi regna defendat corpus Ecclesie, nihil aliud sunt nisi excrementitia cornua*.

IV. Etiam ipse *Christus vel regnum ejus jucundissime comparabitur cum cornu Unicornis*. Licet enim expresse non habeatur in *textu Biblico*; quia tamen *Bileam in Numeris benedicturus Israeli similitudinem capit ab Unicornem, & Israel ingrediens in Aegypto, fuit imago Christi exulantis in Aegypto, indeque revocati, non inepte collationes instituere possumus*.

1. Quem-

1. Quemadmodum igitur Unicornis est *animal fortitudinis inexpugnabilis, & in capite cornu habet firmissimum: ita quoque regnum Christi est invictum etiam contra portas inferorum.* 2. *Et sicut Unicornis suo cornu reliqua animalia exossat & prosternit: ita hoc cornu Christi comminuit omnia alia cornua Diaboli, Tyrannorum & hæreticorum.* 3. *Sicut etiam cornu Unicornis est præstantissimum remedium contra omnis generis venena: ita quoque regnum Christi est cornu salutis, ut Zacharias nominat, in quo peccatum destruitur, mors aboletur, & vita ac justitia credentibus restituitur.* 4. *Perterea sicut Unicornis sexui sæmineo tanquam imbecilli parcat: ita Christus contritos corde amat & juvat.* 5. *Sicut autem Unicornis tum venenum, tum bestias, sibi insidiantes acerrime persequitur: ita quoque Christus suo cornu, quod est per jucundissimum & tantum accommodatum ad salutem, hostes suos, qui sese Evangelio opponunt, ita acerrime persequitur, ut in omni æternitate nihil experiantur, nisi implacabilem ejus vindictam & inenarrabiles cruciatus, & hac ratione cogantur fateri, non vanas fuisse comminationes: Osculamini filium, ne succenseat, &c. Coronidis loco etiam illud observetur, quod Erasmus Roterodamus in libro de similibus unum simile proponit a Rhinocerote sumtum: *Rhinoceros cornu gerit in naribus: ita quorundam sales dentati sunt & aculeati.* Sed de illis satis.*

CAPVT XII,

De

EQVO.

ANIMAL hoc Americani antea non viderant, ideoque putabant, ante centum annos hominem insidentem & Equum esse unum connatum & connexum individuum, illudque vehementer metuebant, ut possit hoc dici animal, quod vicit Indos. Quo enim Equi pervenire non potuerunt, ibi semper Hispani ab Indis sunt victi. Nobis notissimum est hoc animal, & simul excellens, & utilissimum, & primas tenet bellatorium, secundas itinerarium, tertias victorium. *Bellatorium pulcherrime describitur Job. XXXIX, 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. ab ipso Deo, his tragicis verbis: Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum? Nunquid suscitabis eum quasi locustas? Gloria narium ejus terror. Terram ungula fodit, exultat audacter: in occursum pergit armatis: contemnit pavorem, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit phœstra, vibrabit hasta & clypeus. Fervens & fremens sorbet terram,*

H

ram,

bat, donec cutis ambureretur, ex qua latione exspiravit, Wigandus p. 40. b. Sunt multi homines æque stolidi, qui modum in bonorum usu nescientes, se ipsos perimunt. Alios nimia cibi potusque ingurgitatio, alios immodica Venus, alios favor aulæ ablandiens perdit.

III. BAPTISMVS.

Alce a venatoribus agitata ad aquas confugit, atque in iis stans aquam ore hausit in canes fervidam eructat. Gelsærus in *Paralipomenis ad Historiam Quadruped. p. 1097. ex relatione cuiusdam peregrini*. Christiani a dæmone, a tyrannis ad abnegationem fidei tentati, se ad aquas baptismales cogitatione recipiunt, eas persecutione sua fervidiores redditas exhibent. Ignatius Martyr: *Baptismus Christianorum lorica est*. Dionysia ad Filium Majoricum martyrem inquitabat: *Memento, fili, te nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti esse baptizatum*, Ursini *Acerra Philolog. p. 96.*

CAPVT XI.

De

MONOCEROTE ET RHINOCEROTE.

Utrum in rerum natura sit unicornis.

N. 1. **M**ONOCÉROTA vi vocis sunt, quæ unum cornu gerunt, animalia. Quomodo Rhinoceroses Unicornibus annumerant, qui aut uno itidem gaudet cornu, aut si juxta quosdam, quos Franzius sequitur, præter grandius cornu e nare, alterum minutum habeat super illud, nihilominus a priori illo grandiori, quo pugnat, nomen accepit.

N. 2. Astusus loquendi receptus Unicornes feras nominat, quæ cornu in fronte unicum habent. Licebit igitur has Frontunicornes, aut Unicornifrontes, Rhinocerotem autem Naricornem aut Nasicornum, Nasenhorn/Nasenhörning oder Hornmafer appellare.

N. 3. Unicornes ejusmodi bestias inter quadrupedes (de insectis enim, avibus & piscibus, nihil jam attinet commemorare) legimus referri (1) equos unicornes in India cervinis capitibus (apud Strabonem l. 15. fol. 710. D. ex Onofricito; Adde Elian. l. 3. de animal. c. 41. Nicremberg-

l. 7.

l. 7. *hifl. nat. c. 21.* Bartholin. *de Unicornu cap. 19.*) (2) *Afmos Indicos* seu onagros, equo pares magnitudine, albo corpore, capite purpureo, oculis cyaneis, quibus in fronte unum cornu cubitale vel sesquicubitale, in medio nigrum, album infra, supra puniceum, magni usus in Medicina; quorum pedes talos habent nigros, robur & pernicitas summa, habitationes in locis desertis; (vid. Aristotel. *Ælian.* Plin. Pollucem, Philostrat. aliosque a Bocharto citatos *col. 933.* Adde Kircher, *Mund. Subterr. Tom. II. p. 66. a.*) (3) *Boves in India solidis ungulis unicornes* (vid. *Plin. l. 8. c. 21. Solin. cap. 55.*) & in sylvâ Hercynia (*Cæsari l. 6. d. Bello Gallico* memoratos, quos Bifonates, Unicornes Bonussæ putat Bartholinus *l. c. cap. 16.* quem vero Stella dubiam relationem pro certa æripuisse annotat Hartknoch, *des alten und neuen Preussen Part. I. cap. 13. p. 213.*) *Vaccas in China veloces, in fronte tereti & oblongo cornu instructas* (apud Kircher. *Sibina Illustrat. Part. IV. cap. 7. pag. 192.*) & in *Æthiopia coloris phœnicei, cornu uno e fronte media, longitudine supra palmi magnitudinem, in tergo resupinato armatas.* (vid. Vartoman. *Navigantium lib. 2. c. 15.*) (4) *Oryges* (vid. Aristot. *l. 2. hiflor. c. 7. lib. 3. de partibus animal. cap. 2.*) genus caprarum sylvestriarum Plinio, Cervorum *Columella.* vide Bochart. *col. 946.* Talmudicorum וֶרְפֵּן monoceros in *Tractatu Gbolin sive de profanis c. 3.* sine dubio est Oryx. Nam capreis non solum ibi accensetur, sed & in *Bava Bathra fol. 6. b.* Eorundem bos monoceros, quem in *Tractatu de Sabbatho fol. 28. b. & in Tract. de Idololatria cap. 1. & alibi,* perhibent a Deo singulariter creatum, & ab Adamo statim sacrificatum, *ex Ps. LXXIX. 30.* intellecto est confectus. In eundem censum referendum וֶרְפֵּן animal unicornæ hodie ignotum, quod nupiam comparuisse ajunt, postquam Moses ex ejus pellibus tabernaculum obtexit, in *Tract. de Sabbatho loc. cit.* vid. Bochart. *col. 944.*

N. 4. Ad capras sylvestres referri poterit Arweharis *Æthiopum,* quod Gregorius *Habessina,* ex regno Amhara, oppido Mecana Selace oriundus Ludolfo descripsit (*Hiflor. Æthiop. l. 10. 78.*) unicornæ, capri specie, pernicitas pedum valens, sævum & validum; item Brehis in terra Africæ Machikore, capræ magnitudine, admodum ferox apud *Dapper Descript. Insular. Africanar. p. 32.*

N. 5. Cum itaque Ambrosius *libro de Benedictionibus Patriarchar. cap. XI. (Tom. III. Oper. p. 270)* neget, unicornu animal inter generationes ferarum inveniri, miratur Franciscus Fernandus de Cordova Ecclesiæ Cordubensis Senator & Mysta, in *Didascalia multiplici cap. 9. pag. 115.* ac aliis perscrutandum relinquit, cum tot *monstræ* a veteribus memo-

rata

DE MONOCEROTE ET RHINOCEROTE. 605

rata, ignorare ille non potuerit. Nobis videtur sanctus vir, non de Unicornibus omnibus, sed de famoso illo, de quo mox agemus, dubitasse. En verba ejus: *Cornua, quomodo posuit unicornium requirendum, cum ipse Unicornus inter generationes ferarum (ut pariti ajunt) non invenitur.*

N. 6. Etenim, qui Monocerotem asserunt Auctores, ab hæctenus recensitis omnibus adjective appellatis, longe diversum nobis narrante substantive & *καρ' ἐξογν'* nominatum animal, Græcis *Μονόκερος*, Latini Unicornu, Germanis *Einhorn*/ Gallis la Licorne, Italis Liocorno, aut, ut mavult Baccius ad evitandam ambiguitatem, Alicorno, Arabibus, Persis, Tartaris, Indis Carcand, Carcandan, vel Carcaddan; unde Copticum: *χάεχινος* pro monocerote descendere potuit, vid. Bochart. *col. 943*. Forte vox ea Orientalium initium debet Hebræo *קַרְנַיִם* *cornu*, unde Arab. *قارن* *cornu*, & *قارنان* *cornutus*. Cui si jungas terminationis loco alterum nomen *قارن* *hastam*, lanceam, significans, prodibit animal unum cornu instar haste vel lanceæ gerens; aut adde *قارن* *procerum*, longum. Describunt enim Arabes cornu longum, crassum, cum striis extra gibbosis & intus concavis, quo etiam elephantum transfixum sursum atollat.

N. 7. Quod si jam requiras delineationem hujus feræ, a Ungulis fere scriptoribus aliam accipies, ut facile intelligas a paucissimis visam, non vane suspiceris, monocerotes asinos, boves, vaccas, visos nonnullis, ac cum monocerote famoso confusos; sane nescias cui credas; merito rideas ab aliquibus traditam ambiguum, & ex plâne disparibus animantium confectam formam, tanquam de quodam errore natae ac monstro fabulam facerent.

N. 8. Audiamus primum veteres. Plinio *l. 8. c. 27*. asperissima fera est monoceros, reliquo corpore equo similis, capite cervo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminentes. Solinus *c. 55*. eadem habet, nisi quod pro cauda apri suillam posuit, & pro cornu nigro mirifice splendidum, ac insuper cubitos duos quatuor pedibus emensus est, & hoc male ex judicio Harduini; conciliat tamen Bartholinus *de unicornu p. 247*. Vix autem dubitari potest, equum monocerotem in India cervino capite ex Strabone adductum *v. 3*. tandem esse feram, a Plinio & Solino uberius descriptam. *Ælianus l. 16. c. 20*. & *Phile cap. 36*. non dissimilia narrant, uterque tamen de capite cervino tacet, ac cum juba & pilis fulvis depingit, Phile autem os leonis affigit. Omnes perhibent animal esse India; vivumque capi

H h h h

posse negant. Añt Philostorgius *l. 3. c. 11.* & Nicephorus Callistus *l. 9. c. 10.* ex pictura Constantinopoli inspecta describunt capite draconis, cui cornu innatum haut valde magnum, mento undique barbato, collo longo serpentis spiris ad quam simillimo, reliquo corpore cervum accedente, pedibus leoninis.

N. 9. Sequuntur Recentiorum narrationes. M Paulus Venetus, qui anno Christi 1272. una cum Patre & patruo in Tartariam abiit, inque ea multo tempore versatus est, plurimis in locis reperiri unicornia apud Tartaros prodit *l. 2. c. 43. l. 3. c. 15. & 28.* frequentissima autem esse in regno Lambri in Insula Java Majore, *l. 3. c. 21.* ubi formam eorum in hunc modum describit: *Monoceros elephantis minores sunt, villo a bubalorum non dissimili, elephantis pedibus, unico in fronte cornu armati, quo nemini unquam ledunt: est illis apertus capus, semperque in terram prouum, in dolus abro luti summo ore oblectatur, deformeque animal est, cornu utrinque prorsus petit, lingua tantum exersa, qua pinnis armata est, ladit, ac genibus obuia petit, & substrum premit.* Quæ ex citatione Francisci de Cordova *p. 112.* excipit, quem oportet habuisse exemplar Pauli Veneti lectionibus non parum diversum ab eo, ex quo Bochartus excerpta verba dedit *col. 934.* cuique consonat ab Andrea Müllero editum. Pater vero Marci Nicolass Venetus apud Æneam Sylvium *de Asia cap. 3.* extrema Asia provinciam nominat, inter India montes & Cathajum, ubi animal nascatur fuisse capite, bovis cauda, unico in fronte cornu, eoque cubitali, colore & magnitudine elephantis, quo cum bellum continue gerat, cornu veneno mederi, ideoque in honore esse.

N. 10. Ludovicus Bartheina Bononiensis, alius Vartomanus, Patritius Romanus, qui plurimas Afrix & Africæ regiones terrestri ac maritimo itinere perstravit, in *Itinerario l. 1. c. 17.* retulit, se vidisse Mæcha in Arabia duos monoceroses, a quodam Æthiopum Rege missos Sultano, septis assertor, quorum alter major, magnitudine erat pulli equini triginta mensæ nati, alter minor magnitudine pulli unius anni: color erat equi mustelini, (subfuscus habes de Cordova) capus cervi, collum non oblongum, juba rarissima ac perbreves ab altera tantum parte dependentes, tibiæ tenues ac graciles modo bimuli, ceterum plurimis pitibus vestita, ungula anteriorum pedum bifida, caprinos pedes ferme referentes. Cornu prominebat in fronte unicum, sed adultiori longitudine orium cubitorum, minori quatuor palmorum. Ferum id videbatur animal, verum ferociam mansuetudine quadam temperabat.

N. 11. Garcias ab Horto *l. 1. hisfor. Armat. c. 14.* a Viris fide dignis

gnis accepit, qui vidisse se affirmabant, inter promontorium Bona Spei & aliud promontorium vulgo de Currentes nuncupatum, terrestri quoddam animalis genus, licet mari etiam deleberetur, quod capus & jubam equi haberet, (minime tamen marinus equus esset) cornu prædictum duos palmos oblongo, mobili, quodque nunc in dextram, nunc in sinistram obverteret, modo illud attolleret, modo demitteret, quod animal cum elephante ferociter præliaretur, ejusque cornu adversus venena laudaretur.

N. 12. Paulus Jovius *Historiar. lib. 18. p. 303.* de regno agens Gogiond, quod supra Nili ortum in extrema pene Africa jacet, excoelis montibus ac densissimis sylvis immanium omnis generis belluarum plenis abundans: *Monoceros, animal unicomne a nostris appellatum, pulsi equini forma, colore cinereo, jubam cervice, hircina barba, bicubicale cornu armatum frontem præfert, quod lepore candoreque aburneo & pallidis distinctum sparis, ad obtundenda bebestandaque venena, mirificam potestatem habere dicitur.*

N. 13. Si, quæ Arabes de monocerote fabulantur pleraque, nosse cupis, a Bocharto collecta reperies *col. 934.* Nobis recentissima de Unicornu testimonia afferre hic placet.

N. 14. Franciscus Marchio de Magellanes, Africanus, nomine Regis sui Guinensis ad Curlandæ Ducem Legatus, Hassniæ 1652. mense Octobri subsistens, visisque rarioribus in Technicotheca Regia, imprimis Unicornu nuper ex Grönlandia advecto, undecim spithamas longo, miratus est cornu longitudinem, monuitque, diversum in patria sua Unicornu reperiri, ex genere quadrupedum, de quo Thomæ Bartholino hæc retulit: *Unicornu quadrupes Africanis Terebina vocatur, i. e. cornatum animal: velocissimum & ferum in deserto magno Cano Africa oberrat, unde vivum capi facile nequit, sed sagitte figitur. Cadaver tamen in deserto reperitur: magnitudine & forma equum mediocrem exprimit, capite, cruribus & pedibus pilosis, juba brevi, vixque spithamam prolixa, cauda equina, sed non valde pilosa. Cuius univarsa glabra, pilis brevissimis. Color in dorso cinereus, linea nigra per medium dorsi excurrente, a maxilla vero inferiori ad abdomen candidissimus. In fronte crinium fasciculus visitur, ex cujus medio extrescit cornu unicum, cui fasciculus ille pilorum semper adhaeret, quanquam cornu a fronte animalis sit separatum. Cornu ipsum vix tres spithamas superat, octo vel novem circiter pollices crassum in basi. In apice hujus cornu fasciculus pilorum rabrorum est appensus, pugni amplitudine. Cornu neque in gyros contortum, instar Unicornu borealis, sed exiguae eminentias habet & incisuras, quæ a fronte ad apicem recta linea pro-*

ducuntur. Color flavescens; Cavum circa radicem. Mas solus cornu isto
 existit, femina sine cornu, in reliquis mari simillima. Magnum huius cornu
 pretiosum est: contra venena omnia exhibetur. Fera antequam bibat sem-
 per cornu aquis mergit, qua exinde plane turbantur. Unde Africani cornu
 adhibent, apicem cum fasciculo pilorum aquis mergunt, ex quo deinde
 aquam salutis gutta exsugunt. Caro non ingrati saporis; recenter cocta
 & comesta lepram curat. Pili cauda in pulverem cremati, & in vino Hi-
 spanico assumti, dysenterici profunt. Affirmavit Magellanicus ex figuris,
 quae Abrevandus & Jonstons unicornium exhibent, nullam propius acco-
 dere, quam equum Monocerosem Tab. 10. Jonstonsi depictum, nisi quod ungu-
 lis sit solidis solidipes: Falsus vero idem est, se nullum monocerosem vivum
 vidisse. Bartholin. de Unicornu cap. 24. p. 217. seqq. Wopernius Musei l. 3.
 c. 14. p. 287. & ex ipsius Deusing. in Fasciculo Dissertationum Selectar. p. 641.

N. 15. Joannes Gabriel Tribunus Lusitanus, diu in Aethiopia ver-
 satus, vidit apud Agawos in Regno Chamataz animal pulchro in fronte
 cornu, quinque palmos longo & albicante praeditum, mediocri equi ma-
 gnitudine, & forma, coloris Spadicei, jubeis atque cauda nigris, sed brevi-
 bus & tenuibus, (alibi tamen visum crassioribus & longioribus.) In
 densissimis sylvis solitarium vivit, & raro in campos progreditur: cursu
 velocissimo valet. Hieronymi Lupi Jesuitae Portugallensis Comiti ite-
 neris, itidem de Societate Jesu, anxie cupienti monocerosem suis oculis
 videre, incolae pullum captum attulerunt, qui paucis diebus, cum tener
 admodum esset, mortuus est. Lusitani in rupem quandam excellam re-
 gionis Nanix, quae Gojamae pars est, ab Adamas Saghedo Imperatore
 relegati testati sunt, se plurimos tales monoceroses in subjacentibus syl-
 vis pascentes vidisse, ex Hieronymi Lupi Aethiopiae nuper perlustratae Tho-
 mae Brown Pfendae. Epidem. l. 3. c. 33. p. 664. Quae descriptio Lusitano-
 rum, ex quibus habent suam Johannes de Bermuden, Ludovicus de Urre-
 ra Ordinalis Praedicator. in Aethiopiae descriptione Hispanica an. 1610. Valen-
 tiae editae lib. I. p. 247. Marmolius lib. 2. Africae c. 23. veritati magis con-
 gruere videtur Ludolfo Histor. Aethiop. l. 10. 84. Quae enim veteres re-
 centesque auctores de unicornibus scripserunt, tam confusa aut idem, ut
 quaedam de rhinoceros, quaedam de oryge, quaedam de alinis Indicis,
 quaedam etiam de cetis Gronlandico Nahrwhal accipi debeant.

N. 16. Dapper in Descript. Americae p. 145. In finibus Canadae ali-
 quando conspiciuntur animalia, equis quodammodo similia. Habent
 fidas ungulas, jubeas hirsutas, cornu longum & rectum in fronte, caudam
 incurvam instar aprorum, oculos nigros, collum cavum. Morantur in
 in

in desertissimis locis: timent se invicem, ita ut mas nunquam cum femella pascatur, nisi coitus tempore, quo feritatem deponunt, sed illo exacto non solum alias feras, sed & suum genus invadunt. Idem pag. 241. In Quivira multi equi feri in pascuis conspiciuntur, qui magnum cornu in fronte habeant, quorum caput cervis, pellis mustelæ similis, collum breve, cum júbis ex uno latere dependentibus, crura tenuia, & pedes caprini, confer Della Valle *P. IV. p. 2. b. & 3. a.*

N. 17. Otto de Guericke, Consul Magdeburgensis, in *Experimentis de vacuo Spatio l. 5. c. 3. fol. 157. b.* Anno 1663. Quedlinburgi in montis vulgo Zeunickenberg, ex quo materia calcis effoditur, runc quadam repertum est Sceleton Unicornis, in posteriore corporis parte ut bruta solent, reclinatum, capite sursum elevato, ante frontem gerens longe extensum cornu crassitie cruris humani, atque ita secundum proportionem longitudine quinque fere ulnarum. Animalis quidem hujus sceleton primum ex ignorantia fuit contritum, & particulatim extractum, donec caput una cum cornu & aliquibus costis, spina dorsique ossibus Reverendissimæ Príncipi Abbatis ibi fuit traditum.

N. 18. Tavernier proficiscens Agra Bengalam, obviam habuit Monocerotem in agro miliario vescentem gramine milli, quod puer novem vel decem annorum porrigebat. Ad ipsum Tavernierum similiter aristas miliarias offerentem, ea bestia accurrebat, & os suum quinque vel sexies aperiebat. Ingerebat ille ipsi aliquas aristas in os, quibus devoratis ore rursus aperto plures sibi dandas indicabat, *Part. II. Lincrum Indico. pag. 29. a.* Eodem narrante *pag. 189. b.* Rex ab Achen Legatum Belgicum secum ad venandum monocerotes duxit, voluitque, ut idem unum interficeret. Quo facto cornu præsectum Legato donavit. Succenseas Auctori nihil de forma, qua apparuit ipsi monoceros, subjicienti, præsertim cum sua narratione tam cicuram bestiam prodat, quam alii feritate insuperabili describunt.

N. 19. Atque hæ relationum copiarum novæ, an conjunctæ cum veteribus eos, qui hucusque monocerotem ejusmodi esse negarunt, convincere profus valeant, ut victas dent manus, dubito. Nam si singulas lustrare nunc liceret, forte inter se ita committi possent, ut in se ipsæ pugnant, mutuoque perimerentur aut dissiparentur. Mihi sufficit nunc, Viros aliquos doctos allegasse, qui de eo animali quasi antesignani quidam acriter pugnarunt. Superiori sæculo Andreas Marinus libello Italice scripto contendit, ab Arabibus ficta esse omnia, tam quæ de monocerote, quam de cornu virtute circumferuntur. Andreas Baccius contra

tra alio libello Italico vera ea propugnavit. Hunc ex Italico Latinum fecit ediditque Wolfgang Gabelchover, *Stutgard. ann. 1598.* Utrumque in brevem Synopsin contractum Latinum reddidit & vulgavit Aldrovandus *lib. 1. de Quadruped. Solidiped. cap. 6.* Baccii quidem argumenta aliqua perstringens, sed tamen ipsam ejus opinionem deinde adstruens. Nostro sæculo pro Marino contra Baccium militavit Joan Baptista Silvaticus Mediolanensis Medicus in *Tractatione de Unicornu, Lapide Bezoar, Smaragdo & Margaritis excusa Bergomi ann. 1695.* Pro Baccii sententia scripsit Laurentius Catelanus Pharmacopæus Montispessulanus, *Discursum Historicum de Unicornu Gallice, versum Germanice a D. G. Fabro Castri Fridbergi Medico, impressum Francofurti 1635.* cujus summam exhibuit Zeiler. *Part. I. Epist. 68. p. 791* Alios multos in eandem sententiam, cui ipse accedit, allegat Caspar Reies in *Campo Elyseo Quæst. 67.* Ast Marinum sequi placuit Paulo Ludovico Sachsis Med. D. in *Monocerologia seu de Geminis Unicornibus Dissertatione Ræcburgi ann. 1676. vulgata.* Medium tenere Thomas Bartholinus in *Tractatu de Unicornu primum edito Patavii an. 1645. & Filius Caspar in secunda ejus editione auctiori Amstelædam, an. 1678.* Deusingius in *Fasciculo Dissertationum Selectar. de Unicornu n. 48. p. 287.* Brown *Pseudodox. Epidem. l. 3. c. 33.* asserentes animal esse, cornu autem virtutem tantopere decantatam merito suspectam haberi. Bartholini tamen argumenta non potuerunt animum mutare Voëtii contra Unicornu disputantis, *Selectar. Disputat. Part. I. p. 730.* Certe inter ea parum efficient, tam labarum a Rabbiniis fictum tribus Josephi, quod in una parte Unicornu, in altera Bovem habuerit: quam numamus cum effigie Unicornis jussu Alexandri M. sculptus, cujus ab Aldrovandi jam producti falsitatem luculenter detexit Reinesius *Variar. Lest. l. 2. c. 2.* Nihilominus Baccii & Catelani sententiam iterum stabilire suscepit nuperrime Cornelius Stalpartius van der Wiel, Medicus, Hagæ Comitit Senex, in *Dissertatione de Unicornu annexa Observationum Rarior. Medico-Chirurg Anatomiar. Genæv. prior. Belgicæ antebat, nunc Latine auctius editarum an. 1687.* Occasionem ei dederunt literæ a Cornelio Neolandio Bræderødio, Foederati Belgii Procerum auctoritate Regni Angolensis in Africa Concilii Politici quondam Assessore, anno 1643. scriptæ, in quibus is compertissimum sibi esse scripsit, in Africæ parte illa, licet rarius, veram reperiri Monocerotem. Huic testimonio adjungit præter ea, quæ nos adduximus, Montani in Descriptione Americæ, & Vincentii Blanquii in Itinerario per totum terrarum orbem, qui in Penguens regio septo se vidisse asserit monocerotem capite cervo magis, quam

quam equo similem. Desideres in literis Brederodii omnem, in Blapquo accuratorem descriptionem.

N. 20. Demulceri ac capi Monocerotem Virginis blanditiis, sicut Franzius narravit, perhibuerunt Damir Arabs, Tzetzes, Isidorus, Petrus Damianus apud Bochart. *col. 940.* Adde Gregor. M. l. 31. *Moral. c. 31.* Bedam in *Pf. LXXVII.* Albertum M. l. 22. *de animal. tract. 2. c. 1 fol. 224. b.* Id omnino falsum declarant M. Venetus apud Francisc. de Cordova l. c. p. 112. Gesnerus, Baccius, Cornelius a Lapide *ad Num. XXIII.* Fabulæ occasionem Bochartus *col. 741.* monstrat, quod Veteres monocerotem scripserunt solitarium esse animal, & marem a foemina plerumque dissidere, certo tamen anni tempore mansuescere, & cum illa pasci, vid. *Ælian. l. 10. cap. 20.* Philen *cap. 36.* Itaque ad puellas translatum est, quod veteres tradiderant de foemina monocerote.

N. 21. Quæ de singulari vi & facultate venenis resistendi Noster prædicat, non tam antiquorum Medicorum, quam sequiorum, inprimis Arabum opinioni adscribenda sunt. Nec in scriptoribus historiz naturalis factam mentionem ejus potestatis legas. *Ælianus* namque, cum de Monocerote agit, de ea virtute silet, ac eam tribuit cornu Indici Asini, l. 4. *hist. animal. c. 52.* Adde *Philostat. de vita Apollinii l. 3. c. 1.* De Unicornu itaque viribus contentiones Medicas quære apud *Aldrovandum*, & inprimis apud *Bartholin. de Unicornu cap. 29.* cujus judicio non plane nullam habet efficaciam contra venena, non majorem tamen, quam cornu cervi aliaque inter antidota reposita cornua.

N. 22. Ast, inquires, qui vero sensus est, eorum inprimis, qui Unicornu animal inficiantur, de cornibus in pretiosa suppellectile Regum & Principum asservatis, ac auro contra æstimatis, in Thesauo Hispaniarum Regis, Windsoræ in Anglia, in templo S. Dionysii prope Lutetiam Parisiorum, Frederici Burgi in Dania, Dresdæ in *ἱστορικὸν Σαυαταρτυρῶνα τοσαυτίου* (voce *Peschneri* in *Breviario Germanie*) Romæ, Venetiis ad S. Marcum, Florentiz, Trajecti ad Rhenum, Argentinz, Metis, Cracoviz, Pragæ, alibique etiam in privatorum museis. Habent scil. ea aut pro cornu, aut, ut quidam malunt, pro dente balænz Grönländicz, aut pro cornibus onagrorum aliorumve animalium, vid. *Francisc. de Cordova l. c. p. 124.* *Bartholin. de Unicornu cap. 27.* *Kischeri Mundum Subterranean. Tom. II. lib. 8. Sect. 2. cap. 5. p. 68.* *Deusingium de Unicornu num. 38. p. 276.* *Brown Pseudodox. Epidem. l. 3. cap. 23. p. 670.* *Bochart. Part. I. col. 955.* *Sachsius cap. 7.* *Stalpartium van der Wiel l. c. p. 498.* Atque huic cornu vel denti Balænz Septentrionalis easdem vires, quas monoceroti quadrupe-

drupedi vulgo adscripserunt, vendicant Olaus Wormius *l. 3. Musei c. 14. p. 287.* Bartholin. *l. d. c. 29. p. 299.* Sachsius *cap. 9. §. 10.* attestante experientia, in bestis etiam facta, pollere insigni vi alexipharmaca, & in febribus malignis sudorem potenter efficere. Adde Douling, *num. 34. p. 271.*

N. 23. Iidem Auctores monent, ne agyrtis fidamus, vel elephantum dentes & ossa, vel cetacei generis costas arte mollitas, in striatam formam reductas & politas, vel sæpius cornu fossile care vendentibus pro unicornu vero. Cornu enim istud, quod in Germania passim & in Italia effoditur, minerale est in visceribus terræ elaboratum, non contemnendarum etiam adversus morbos nonnullos virium, vide Bartholin. c. 37. Quare hoc corpus subterraneum eorum opinionem juvare non potest, quos putasse memorant Voëtius *pag. 731.* & Harsdorffer *Secretar. Germ. P. II. Sect. VI. Epist. 35. p. 679.* Reias in *Campo Elyso Quæst. 67. num. 12. & 14.* speciem monocerotum diluvii aquis aut alio casu potuisse integrum, quorum subinde sub arena, aut sub aquis, quæ sylvas inundarunt, cornua reperiantur.

Cum Scriptura Sacra imagines passim ex natura Monocerotis sumas usurpet)

N. 24. Animal, quod Scripturæ Sacræ, appellant קרנִי *rem* Job. XXXIX, 9. aliis 12. frequentius קרנִי *reem*, unde plurale קרנִים *reemim*, & defective קרנִי *reemim* Psalm XXII, 22. est (1) procerum, Num. XXIII, 22. & XXIV, 8. Balæam de Israhel: קרנִי לך כתר עפרות tanquam altitudines *reem* ipsi sunt. Sic Ps. XCV, 4. ותרעפורת & altitudines montium ipsius sunt; Job. XXII, 25. & argentum לך תרעפורת altitudines tibi erit, i. e. in cupulos exsurget; (2) ad saltum habile, Ps. XXXIX, 6. Facit (vox Dei) ut exsiliant cædri sicut vitalus, Libanus & Sirjon (id est, Hermon, Deut. II, 9;) ut filius (seu hirsutus) *reemim*; (3) validum, ferum, indomitum, Job. XXXIX. Num volet קרנִי *rem* servire tibi? num pernoctabit apud præsepe tuum? num ligabis *reem* in sulco fuce suo? num occabit valles post te? num fides ei, quod magnum robur ejus sit, ita ut committas ei laborem tuum? num credes ei, quod reportabit fruges tuas, & in arcam tuam colliget? (4) cornutum, & cæso cornu, aut cellis cornibus terribile, Ps. XCII, II. Et attolles, ut *reem* (id est, ut *cornu reem*) cornu meum; Deut. XXXIII, 17. de tribubus Ephraim & Manasse: Primogeniti bovis decor est ei, & cornua *reem* sunt cornua ejus, quibus populos pariter feriet ad terminos terræ. Ps. XXII, 22. *Servam me ex ore leonis, & a cornibus reemim exaudies me.* Hinc ut magnates cum juvenis & tauris, ita & cum *reemim* conferuntur. Principes Idumæorum Jes. XXXIV, 7. & ho-

DE MONOCEROTE ET RHINOCEROTE. 673

& hostes Christi crudelitate ferocissimi ac plane insuperabiles, qui cori-
nibus suis veluti directe ad ipsum collimabant, undique incurrebant, fe-
niebant, perterebant, pessum dabant, Pl. XXII, 22. Isthis de *reem* locis
male adduntur Pl. XXXVII, 20. & Pl. LXXVIII, 69. perperam enim
sunt translata, vide Bochart. *col. 950.*

N. 25. In quibus Scripturarum sententiis, quæ bestia intelligatur, aut
nesciunt, aut hæsiolantur Interpretes. Primo Paraphrases Chaldaicas fru-
stra consulens. Nam in Pentateucho invenies רמא *ruma*, in Jobo
רמא *remana*. Similiter in Arabica Erpeniana Pentateuchi רמא
rim seu *rem* occurrit. Versio Psalmi Arabica Pl. XXII, 22. habet, *a cor-
nu elato super humilitatem meam.*

N. 26. Secundo LXX. μονόκερος verterunt ubique, nisi quod Jof.
XXXIV, 7. ad sensum attendentes explicarunt, רמא *roemim*, et
ἀδαὶ robusti. Scilicet cum Græcos asino Indico vel monoceroti eadem
fere tribuere cognovissent, nesciverunt sibi ignotum animal convenien-
tius interpretari. Attamen contradictionem in adjecto, ceu vocat Phi-
losophi, proferunt Deut. XXXIII, 17. κέρα μονόκερος τὰ κέρα
δότη. Arabica Saadiae versio l. c. Deuteron. & Psalmorum editio Sava-
riana *reem* explicat *Carcaddan*, i. e. monoceros. Persica interpretatio Pen-
tateuchi habet *Kerik*, quod nomen a Lexicographo Persâ, Paraphrasi
Turcica exponitur, magnum animal, quod in India reperitur, magna
juxta frontem cornu gerens, ac tanti roboris, ut cornu suo elephantem at-
tollat, ac donec illi diffinat pinguedo, sustineat, vide Deusing. *de Unicornu
num. 5. & 6.* Æthiopicus interpres ubique reddit, (Bestiam) *cui unum
cornu.* Habuerunt igitur quos sequerentur, Interpretes Scripturæ recen-
tiores, tam Latini Munsterus, Castalio, Mercerus, Mollerus, Junius, Tre-
mellius, Osiander, Piscator, Drusius, quam Germani, Galli, Belgæ, Itali,
Hispani, alique tantum non omnes.

N. 27. Quibus opponit Bochartus *col. 958.* (1) merito dubi-
tatur, an vere extet monoceros, hoc est, unicornu animal, quale sub hoc
nomine describitur a veteribus. (2) esto, in aliquo Indiz aut extremæ
Nubiz angulo, versus Nili fluvii fontes, latere monocerotem: id non
potuit esse Judæis compertum ante Salomonis tempora. At David &
multo ante Job & Balaam, & Moses similitudines ab eo, tanquam noto
animali sumserunt. (3) Recentis ævi Judæis quidem *Reem* est monoceros,
non in Prophetarum & veterum Hebræorum scriptis. Nam Deut.
XXXII, 17. non solum τὰ *reem* tribuuntur duo cornua, sed & cum his
quibus cornibus conferantur duæ tribus, Patrem agnoscentes Josephus,

Ephraim & Manasse. Et Pf. XXII, 22. cornua duali numero nominantur. R. Eliezer *Capitulo 19, ad Pf. XCII, 11.* Exaltabis cornu meum, ut *v̄r̄ reem*, supplet cornua, dicens, cornua *reem* voluisse Prophetam afferre, quod altiora quam bestiaꝝ cujuslibet sint, & feriat (*reem*) cornu tam sinistro quam dextro. Talmudici in *Zebachim cap. 14. fol. 113. b.* disputantes, quid diluvii tempore factum sit de *Reem*, qui cum montis instar fuerit, non potuerit in arcam ingredi, respondent, a Noacho arcæ alligatum fuisse cornibus (juxta glossam marginalem) duobus, vide Beresch. Rabba *seccion. 3. 1.*

N. 28. Tertio Aquila per Rhinocerotem vertit, quem sequuntur Oleaster, Steuchus, Forerius, Mariana, Deusingius n. 12. Huc referendi, qui cum monocerote confundere accusantur Tertullianus, & ejus Scholiastes Pamelius, Gregorius, Isidorus, Albertus M. Arias Montanus, alique apud Schottum *Physica Curiosa l. 8. c. 58. p. 1074.*

N. 29. Objicit Bochartus *col. 958.* (1) Judæis veteribus rhinoceros fuit incognitus, & apud Arabes altum de eo silentium, nisi quod in monocerotis descriptione nonnulla inferciunt, ex historia rhinocerotis, puta in elephantem immane odium, & quod ex India & interiore Æthiopia volunt advehi. (2) Ex verbis Davidis, *exaltabis cornu meum, ut v̄r̄ reem*, supple cornu, vel cornua, apparet agi de fera, cujus cornua sunt valde celsa, ut notavit Aben Esra. At contra depressissimum est cornu rhinocerotis situs ratione, & breve ratione molis.

N. 30. Quarto vulgatus Interpres Latinus, inter secundam & tertiam sententiam medius, modo monocerotem aut unicornem reddit, modo rhinocerotem. Unde suspicio nascitur Schotto, eundem quoque eas bestias commiscuisse. Sed Rhinocerotem apud Jobum *cap. 39.* & forte etiam in locis Scripturæ, ubi monocerotis existat vox, intelligi debere, volunt Pineda & Sanctius, auctoritate Versionis illius induciti, quam omnino sequendam ibi esse, diserte inculcat Franciscus de Cordova *p. 121.* Nimirum arbitrantur *Rem* esse nomen commune, quod & rhinoceroti & monoceroti quicumque sit ab illo distinctus, æque conveniat. Hinc nominatus *de Cordova* a confusionis culpa Patres *n. 28.* allegatos & omnes ceteros, quotquot rhinocerotem unicornem appellarunt, purgaturus, *inquit*, non intellexisse ipsos, unum atque idem animal esse illud, quod proprie Unicornem dicitur, & quod Rhinoceros, sed eo quod unicum etiam cornu habeat rhinoceros, generali & aliis etiam animantibus communi nomine appellare illud voluisse. Enimvero nullibi in locis Scripturæ rhinocerotem commode intelligi argumenta *n. 29.* contra tertiam sententiam

tiam adducta militant. Franzius cum pariter doceat **וַיִּקְרָא** Unicornem & Rhinocerotem denotare, argumentum quod ex Scriptura S. petit pro monocerote, ipse enervat.


N. 31. Quinto Arnoldus Bootius in Animadversionibus Sacris l. 3. c. l. repudiatis aliorum opinionibus, putat, *reem* esse speciem bovis feri, cumque urum; quia (1) in multis Scripturæ locis bos & reem simul junguntur, ut cognata animalia, Pf. XXIX, 6. *Subfultare fecit eos sicut vitulum, Libanum & Saronem veluti pullum reemim.* Deut. XXXIII, 17. *Decorem habet, qualem bos primogenitus, & cornua, qualia reem: iisque (cornibus taurinis ac reemim) populos impetet.* Jes. XXXIV, 7. *Dejicientur cum ipsis (i. e. cum arietibus & hircis) reemim, & boves una cum tauris.* Inprimis ad rem facit Pf. XXII. ubi juvenis prægrandibus ac tauris basanicis (i. e. validis, magnis & obesis, quales sunt tauri montis illius pascuosi) v. 13. respondent v. 22. reemim, sicuti canibus v. 15. canes v. 21. & leoni v. 14. & 17. & leo v. 22. (2) Reem est animal ferum, indomitum, cornibus ingentibus & prævalidis metuendum, ut patet ex locis citatis Deut. XXXIII. Pf. XXII. maxime ex Pf. XCII, 11. Quæ proprietates in urum a Cæsare, Plinio & Solino descriptum optime conveniunt.

N. 32. A qua verisimili admodum sententia ex judicio etiam B. Geieri in Pf. XCL, 11. Bochartus dissentit, ob hanc potissimum causam, quod urus ævo Moïsi, Jobi & Balaami Judæis non innotuit, cum non constet, uros alibi fuisse, quam in Hercynia sylva, aut locis parum ab ea remotis.

N. 33. Sexto Bochartus col. 961. sqq. Arabum, Chaldæorum, Syrorum & veterum Hebræorum communi suffragio conatur persuadere, **וַיִּקְרָא** reem, vel **וַיִּקְרָא** rem, non esse in boum, sed in caprearum censu. Itaque in Scriptura notari ea voce aut capream bicornem, quam asserit statura cervo similem, longis & acutis cornibus, admodum feram, aut potius caprea sylvestris speciem, orygem candidum, valde pinguem, longis & acutis cornibus, quandoque unicornem, & non solum Æthiopiae, sed & Ægyptiis adeoque Judæis notissimum. Bene etiam in locis Scripturæ nonnullis cum bobus conjunctum, quod animalia cervini generis cum natura bovis sylvestris aliquid habeant commune. Atque tales Oryges arbitratur col. 955. vidisse Vartomannum (citatum supra n. 10.) neque enim eos fuisse monocerotes solidungulos, aut pedibus *aidiaç* *çew* *rou*, quales asini & equi, & elephantes habent, sed bifidos caprarum aut cervorum modo. Subjungit ibidem formam eorum ex veteri Tabula in Italia, ut putatur reperta, & ab Huetio sibi communicata, in qua ory-

ges plures vario situ depicti cernuntur. Quam Bocharti dissertationem copiosius excerptam invenies in Poli *Synopsi Criticor. ad Num. XXIII, 22.*

N. 34. Cum itaque Bochartus neget, dari Monocerotes, de quibus veteres, sed fateatur tamen esse Oryges, hac tantum in parte a monocerotibus differentes, quod Monocerotes veterum solidis ungulis seu pedibus *ἀδίαρθεύτους* fuisse dicantur, Oryges autem bifidos pedes habuerint caprearum aut cervorum modo, præstitisset ex sententia Joannis Clerici in *Annotationibus ad Quæstiones Sacras Stephani Clerici patris sui pag. 296.* dicere, fuisse quidem monocerotes, sed male a veteribus descriptos, quam semel negatam rem, nonnihil immutatam affirmare. Pergit laudatus Clericus: Si tales Oryges unquam fuerunt, nihil verosimilius est, Veteres ea animalia monocerotes appellasse, quamvis in eorum descriptione aliquatenus peccaverint. At neque Vartomanni testimonio, neque Tabulæ a Bocharto prolatae multum tribuit. Stalpartius van der Wiel pag. 515. adversus Bochartum urget, Orygem non esse *Rem*, tum quod bina plerumque feratur gerere cornua, tum quod timidior sit dometurque, ac lautas luxuriosis præstet epulas Oryx.

N. 35. Nobis Scripturæ loca considerantibus videtur  esse Taurus sylvestris, validus, ferox, cornibus proceris, pugnax, *bisonis*ne aut utus, definiri non potest; quicquid enim amplectaris, occurrent ex defectu & incertitudine historiæ Naturalis de bestiis in nonnullis regionibus difficultates tam insuperabiles, quam *Rem* ipsi domabiles non sunt.

Rhinoceros etiam est grande animal, & ferme tam altum quam longum.)

N. 36. Etsi *Ælianus lib. 17. hist. animal. c. 44.* nimis frigidum censuit describere figuram rhinocerotis, utpote Græcis & Romanis suo tempore notissimam, tamen nec in ea omnimodus consensus est Auctorum, vide *Plinium lib. 8. c. 20. Solinum c. 33. Agatarchidem apud Photium in Biblioth. cod. 250. fol. 1362. Diodor. l. 3. Biblioth. p. 167. Strabonem l. 17. Geogr. p. 774. Oppian. l. 2. Cyneget. v. 552. Damianum de Goës quibus parte Chronici Rerum gestarum Emannelis Regis Lusitan. cap. 18. fol. 276. Paulum Jovium in Elogiis militar. lib. 4. fol. 231. Scaliger. Exercit. 205. Joachimum Camerarium Cent. 2. Emblem. 4. pag. 9. Philippum Camerarium Subcisf. Cent. 1. cap. 25. Cent. 2. c. 92. p. 394. qui ex Jovio sua excerptit. Inter hos oculatos testes belluæ diserte præsententur se fuisse Strabo ac Damianus de Goës, ex pictura eam cognoverunt Scaliger & Camerarius, forte etiam Jovius. Nos ad descriptionem Rhinocerotis a Jacobo Bontio (qui millies illum vidit) *lib. 5. Histar. Natural. & Med. cap. 1. factam,**

factam, a Nieuhofio *Part. ult. Legat. Batav. cap. 16. pag. 109.* ac Dappero in *Descriptione Africa pag. 20.* repetitam, reliquas narrationes expendemus. Ita autem illa habet: *Rhinoceros, Indis Abada, colore subcineritio est instar elephatorum, corpore glabro & depili. Pellis rugosa & segmentata tanta duritie, ut vix Japonico acinace diffundi queas. Non enim squamis (ut vulgo pingitur) ornatus est, sed hac segmenta & plicatura squamas tales & quasi clypeos representans. Ore fusillo, sed acutiore, cornu in mare gerens nigrum vel cineritium, raro album, quod pretiosius ceteris. Proxime etas, ita & cornu majus minusve est. Male corpora parum ab elephantis distat, sed brevior pedibus est, unde etiam minus spectabilis. Nulli noxam infert illatus: si vis fiat, non in illum modo, qui prior lesit, immaniter saevit, sed obvia quaque, etiam integras arbores prostrernit. Prostratum hominem vocat lambendo; lingua enim ejus aspera & aculeata est, qua cutem & carnes neque ad ossa dilaniat. Pascitur aculeatis frondibus ac spinosis ramusculis, qui linguam ob membrana crassitiem non offendunt. Ei innans cum elephanto antipathia est, cujus abdomen cornu prius ad siliem exacto dilacerat, unde subsequente haemorrhagia interit. Porcum grunnitum amulatur. Mauritani ejus carne vescuntur, cujus substantia tendinosa, & adeo compacta, ut ad concisionem dentes ferrei requirantur. Vinum, in quo Rhinoceratina pellis per noctem macerata est, adversus malignas febres praestans remedium: ut & ejus cornu adversus venenum certa antidotum.*

N. 37. Quod *Primo* attinet colorem, elephanto similem consentit Strabo: at buxum reliqui omnes asserunt, excepto Oppiano, cui rufa frons, & dorsum maculis purpureis distinctum. Verum Oppianus hic quidem non curandus, qui & alia aperte fabulosa suo carmini de rhinocerote immiscuit; ceteros facilius ad concordiam redigemus; possunt enim rhinocerotes juxta aetatem & regiones esse colore diversi. *Secundo* os veluti apri esse, assentitur Strabo. *Tertio* consensus est longitudine parem prope elephanto, altitudine paulo humiliorem: non dissentit Strabo magnitudinem tauri illi, quem vidit adscribens. Oppianus Oryge non multo majorem perhibuit.

N. 38. *Quarto* de cornu, unum an geminum, rectum an curvum gerat, haut levis dissensus. Plinius, Solinus, Agatarchides, Diodorus, Strabo, Oppianus, Damianus de Goës, Jovius, Camerarius, Bontius, Nieuhof. unius meminere supra nates eminentis. Unicum itidem cornu exhibent Domitiani nummi veteres ac picturae ex Alberti Dureri prototypo expressae, vid. Bochart. *col. 931.* Id figura rectum instar tubae li-

nea nigra transcurrente apud Aldrovandum quidam dixerunt, sed Strabo, Diodorus, Agararchides rectius incurvum, sive modice inflexum, tantum nihilominus acuminis & duritiæ, ut ferrum & saxa penetret. Qui præter illud cornu adhuc altero minori instruunt rhinocerotem, de loco, ubi situm sit, non conveniunt. In naribus reponunt *Auctor Geographia MSS.* in Bibliotheca Medicea, (quem, qui excerptis Bartholinus conjicit, Monachum fuisse in Æthiopia aliquamdiu versatum) Sanctius ad *Jobi XXXIX, 9.* alique. Allegant pro se Pausaniam in *Beoticis sive libro 9. pag. 297.* scribentem: *Vidi etiam Æthiopicos tauros, quos τὰ τῷ στυμβιθηνότι ex re ipsa (ut vertit Sylburgius) rhinocerotas nominant, quod illis e nare extrema cornu prominat, & paulo superius alterum, non sane magnum, in capite nullum prorsus habent.* At Pausaniam interpretantur Angelus Politianus *Miscell. cap. 56.* & Franciscus de Cordova *p. 120.* locutum, non de rhinocerotibus proprie dictis, sed de tauris Æthiopicis, qui ex forma & analogice Rhinocerotes dicuntur, eo quod cornu etiam in naso habeant. Contra tamen Bartholinus *p. 163.* cornu rhinocerotis duplex ex Museo Schwammerdammi, & aliud simile ex pharmacopolio Augustano Lucas Schröckius junior in *Ephemerid. Natur. Curios. German. Dec. II. An. V. Observ. 245.* exhibent. Cum vero supra dicti cornu majus inferius, minus superius collocent, contra faciunt Bodinus & Rittershusius.

N. 39. Fronti cornu alterum affigunt Scaliger *Exercit. 205.* Franzius, Bartholinus *p. 162.* Scaligero, qui non nisi ex pictura cognitum habuit cornu, opponit Bochartus *col. 932.* *ἑρυνκα* ex Alberti Durei prototypo rhinocerotis, anno Christi 1515. ex India in Lusitaniam advehi expressa, & per totam Europam sparsa, quæ cornu nullum exhibent in fronte rhinocerotis, sed supra cornu, quod est in nare infima, quatuor tubercula, quorum summam attingit in ima parte frontem cætera glabram. Quæ tubercula pro cornibus si habuerit Scaliger, jam rhinocerotem non gemino, sed quinque gemino cornu animal fore. Bartholinus inter alia ad nummum provocat *p. 235.* Patavii visum, in quo duobus cornibus rhinoceros clare sculptis conspicitur.

N. 40. Alii, inter quos Domitius Calderinus, Theodorus Marcius, Deusingius *n. 7.* Dapper *Amer. p. 20.* Bochartus *col. 931.* alterum cornu in dorsum, vel humerum dextrum, aut cervicem transferunt. Sane imagines in Aldrovando, Jonstano, Schotto, Bartholino respondent. At mirum est, de eo Strabonem, Bontium & alios oculares testes tacuisse. Cæterum describitur bestia Æthiopica etiam, sub nomine Abada, a Dappero

DE MONOCEROTE ET RHINOCEROTE. 619

pero in *Descriptione Africa* p. 600. quæ, præter alia quædam cum rhinocero similia, habet unum cornu incurvum in fronte, alterum in cervice. An hujus cornu in rhinocerotis dorsum fuerit translatum, disquiri potest. Bochartus vero videat, quid Pausaniæ respondeat, quem post Gesnerum de *Quadruped.* pag. 143. accipit de rhinocerotibus proprie appellatis col. 958.

N. 41. Conciliatæ has adversas sibi relationes voluit Aldrovandus lib. 1. de *Quadrupedibus Bisulcis* cap. 33. fol. 363. a. existimans, quibusdam rhinocerotibus esse duo cornua, sed non omnibus. Quam pacificationem, explorata nondum satis re, præpropere nimis factam quidam forte æstimabunt. In eandem tamen opinionem propendet cum Gualtero Scoutenio Cornelius Stalpartius van der Wiel de Unicornu pag. 479. & Lucas Schröckius l. c. Bartholinus videtur concedere, aut e naribus geminum cornu, aut unum e naribus, alterum e fronte prodire posse. Scilicet, quibus contingit bestias peregrinas oculis tueri, non possunt esse nimium diligentes in delineandis & depingendis, si opiniones passim disseminatas extirpare volunt. Quodsi alicui conjecturis se delectare placeret, quousque experientia nos indubitatos facit, diceret, cum supra cornu, quod est in nare infima tubercula prodeant, quorum summum attingit frontem in ima parte, fieri potuisse ut tuberculum illud supremum, in aliquo rhinocero insignius & magis notabile, pro corniculo peculiari spectantibus appareret, ac dum inter nasi nobile cornu & hoc parvum aliquod spatium interponeretur, e fronte ob attingentiam, quam diximus, prodire judicaretur. Pictores vero quod opinarentur hoc cornu parvum, usum nullum præstare posse ad ursum aut taurum extollendos in sublime, quod in spectaculis Romanorum factum constabat, id fronti superiori, aut qui magis adhuc idoneum locum cogitabant, cervici forte appinxisse. Sic enim super duobus cornibus commodius pondera sustinere ac fulcire rhinoceros videbatur.

N. 42. At enim hæc conjectura talis non est, ut statim adhibeatur ad dirimendas lites, quas Critici agitant in Martialis *Epigramma* 22. in libro *Spectaculorum*. Legitur in Poëta de Rhinocero:

Namque gravem gemino cornu sit extulit ursum,
Jactat ut impositas taurus in astra pilas.

Quod testimonium, utrius, qui duo rhinocerotis cornua illa astrunt, evitant unius cornu propugnatores, aut in dorso id reponentes, ubi ad extollendum nihil faciat, varia ratione conantur efficere. Quidam gemino cornu

cornu interpretantur, forti & vehementi. Politianus putat ursum dici gravem gemino cornu in casu dativo, i. e. animalibus bicornibus, quales tauri &c. Janus-Douza, Hadrianus Junius, Petrus Scriverius, De Cordova, Gerardus, Joh. Vossius pro urso legunt uram, quem gemino cornu gravem tam facile sustulerit rhinoceros, quam taurus objectas pilas. Quas explicationes cum ricensuisset Bochartus *col. 932.* alias suas conjecturas profert, ex quibus maxime ipsi placet, si legamus:

gravi vel brevi geminum cornu sic extulit ursum

i. e. duos urso extulit unum post alterum simul oblatos. Sed Bocharti emendationes exagitat & explodit Peyer. *de Ruminantibus p. 44.* Douzae crisin probans. Frustra hic evolvet Vincentium Collesum J. C. recentissimum Martialis Interpretem in usum Serenissimi Delphini Parisi Anno 1680. impressum. Is enim de duobus cornibus tam securus est, ac si nulla lis fuerit ab eruditis nota.

N. 43. Quinto denique cornu Rhinocerotis virtutem ad depellenda & indicanda venena, prædicant Medici experientia celebres. Dentis virtutem non absimilem alii laudant, vid. Bartholin. *de Unicornu p. 173.* Sed cornu cervinum, præsertim quod prima vice junioribus cervis, quos Epig. Hirschen nominamus, absque internodiis vel ramis erumpit, præfert D. Johannes Crato trium Imperatorum Medicus eitatus Camerario *Cent. 2. Subcis. c. 97. p. 375.* Franciscus Redus *in Experimentis Natural. p. 140. sq.* testatur, se sæpius pellem, cornu, dentem adhibuisse, ac ne minimum quidem virium prædicatarum servasse.

N. 44. Ex quibus hæcenus dictis concludimus, rhinoceros non esse tantum quærendos cum Bootio *l. 3. Animadvers. Sacrar. cap. 1. n. 5.* in remotissimis Orientis partibus trans Gangem, sed & in Æthiopia alibi-que in Africa reperiri.

M O R A L I A.

I. IRA MODERATA.

Iram rationæ ac prudentiæ subjici debere, Saavedra *Symbolo VIII.* e Monocerote demonstrat, qui in frontis medio prope oculos oblongum cornu præferens, eo veluti firma lancea vindictam exercere solet; Epigraphen addidit: PRÆ OCVLIS IRA. Si Jacobus monet *l. 19. Sic omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, & tardus ad iram.* Bernhardus *Serm. 13. in Pf. Qui habitas. Ira hominum affectio*

NATURA

naturalis est; sed abutentibus bono natura, gravis perditio est, & miseranda perniciēs. Occupemus illam, in quibus expedit, ne forte ad inutilia illucitaque prorumpat, Picinellus Tom. I. p. 410.

II. PANIS QUOTIDIANVS QVÆRENDVS, CVPIDITAS PECVNIAE FVGIENDA.

Unicornu obolum in aqua natantem fugat, micam panis attrahit, Frater Basilius Valentinus in *Carru triumphali Antimonii p. 67. 68.* Idem cornu cervi aliaque alexipharmaca facere, expertus est D. Salomon Reifelius in *Ephemerid. Natura Curiofor. Dec. I. An. II. observat. CXL. p. 132. sqq.* ubi simul rationem phaenomeni speculatur: sic animus Christiani hominis panem quotidianum corpori quaerit & acquirit, caeterum alexipharmacus est, i. e. nummos aut opes irritamenta malorum tanquam venenum & pestem a se pellit.

III. SATYRICORVM SCRIPTORVM AMATORES.

Lingua rhinocerotis aculeata est, & palatum tam asperum, ut frondes, quo magis aculeatae, & spinæ, quo longiores, eo gratius ipsi sapiant. Ita multi inter homines sunt ejusmodi rhinocerotes, quibus nulli libri æque grati, ac ii, qui satyricis aculeis ac spinis alios pungunt.

C A P V T X I I .

De

E Q V O .

N. 1. **H**ebraei sex habent equi nomina. Primum & vulgatissimum est **סוס** *sus*, Chaldæis & Syris **סוסא** *susa*, vel *susja*; ex Arabico verbo **סוס** *sus*, regere, moderari, item docilem esse; quod equus & docilis admodum sit, & flexilis, ita ut non freno solum, sed & virga, immo umbra virgæ (*æu apud Curtium l. 7. c. 4. m. 18. Cobares ad Bessum loquitur*) & verbis regi se patiatur.

N. 2. Alterum nomen est **אביר** *abbir*, quod quidem robustum, potentem denotat, ac bobus magnis & validis quasi proprium est, nihilominus & equis aliquoties tribuitur, robore corporis & animæ generosi-

Kkk k

tate